# JULY 29, ST. MARTHA, VIRGIN

Errors? help@extraordinaryform.org

| | |
|---|---|
| **INTROIT Psalms 44: 8**<br>Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis. (Ps. 44: 2) Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis | Thou hast loved justice, and hated iniquity: therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness above thy fellows. (Ps. 44: 2) My heart hath uttered a good word: I speak my works to the King. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou hast loved justice, and hated iniquity: therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness above thy fellows. |
| **COLLECT**<br>Exáudi nos, Deus salutáris noster: ut, sicut de, beátæ Mathæ, Vírginís tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Harken unto us, O God, our Savior that as we rejoice in the festival of blessed Martha, Thy virgin, so we may be instructed by the affection of pious devotion. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| *(Commemoration of Sts. Felix, Simplicius, Faustinus, & Beatrice)* | |
| Præsta, quǽsumus, Dómine: ut, sicut pópulus christiánus Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis temporáli solemnitáte congáudet, ita perfruátur ætérna; et, quod votis célebrat, comprehéndat efféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Grant, we beseech Thee, O Lord, that as Thy Christian people joyfully unite in celebrating the temporal solemnity of Thy holy martyrs Felix, Simplicius, Faustinus, and Beatrice, so they may enjoy it in eternity, and may effectually attain to what they celebrate in desire. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **EPISTLE 2 Corinthians 10,17-18 ; 11,1-2**<br>Fratres: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétis módicum quid insipiéntiæ meæ, sed et supportáte me: æmulor enim vos Deo æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo. | Brethren, he that glory, let him glory in the Lord. For not that he that commendeth himself is approved, but he whom God commendeth. Would to God you could bear with some little of my folly, but do bear with me. For I am jealous of you with the jealousy of God. For I have espoused you to one husband, that I may present you as a chaste virgin to Christ. |
| **GRADUAL Psalms 44: 5**<br>Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, próspere procéde, et regna. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: et dedúcet te mirabíliter déxtera tua. | With thy comeliness and thy beauty set out, proceed prosperously, and reign. Because of truth, and meekness and justice: and thy right hand shall conduct thee wonderfully. |
| **LESSER ALLELUIA**<br>Allelúja, allelúja. Adducéntur regi vírgines post eam: próxime ejus afferéntur tibi in lætítia. Allelúja. | Alleluia, alleluia. After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee with gladness. Alleluia. |
| **GOSPEL Luke 10: 38-42**<br>In illo témpore: Intrávit Jesus in quoddam castéllum: et múlier quædam, Martha nómine, excépit illum in domum suam: et huic erat soror nómine María, quæ étiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illíus. Martha autem satagébat circa frequens ministérium: quæ stetit et ait: Dómine, non est tibi curæ, quod soror mea réliquit me solam ministráre? dic ergo illi, ut me ádjuvet. Et respóndens, dixit illi Dóminus: Martha, Martha, sollícita es et turbáris erga plúrima: porro unum est necessárium. María óptimam partem elégit, quæ non auferétur ab ea. | At that time, Jesus entered into a certain town; and a certain woman named Martha, received Him into her house: and she had a sister called Mary, who sitting also at the Lord's feet, heard His word. But Martha was busy about much serving: who stood and said, Lord, hast Thou no care that my sister hath left me alone to serve? Speak to her therefore, that she help me. And the Lord answering, said to her: Martha, Martha, thou art careful, and art troubled about many things: but one thing is necessary. Mary hath chosen the best part, which shall not be taken away from her. |
| **OFFERTORY Psalms 44: 10**<br>Fíliæ regum in honóre tuo: ádstitit regina a dextris tuia in vestítu deauráto, circúmdata varietáte. | The daughters of kings in thy glory: the queen stood on thy right hand in gilded clothing, surrounded with variety. |
| **SECRET**<br>Accépta tibi sit, Dómine, sacráte plebis oblátio pro tuórum honóre sanctórum: quorum se méritis, de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | May the offering of Thy consecrated people be accepted by Thee, O Lord, in honor of Thy saints, by whose merits it knoweth that it hath received aid in time of trouble. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| *(Commemoration of Sts. Felix, Simplicius, Faustinus, & Beatrice)* | |
| Hóstias tibi, Dómine, pro sanctórum Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis commemoratióne deférimus: supplíciter deprecántes; ut indulgéntiam nobis páriter cónferant et salútem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | We bring Thee sacrifices, O Lord, for the commemoration of Thy holy martyrs, Felix, Simplicius, Faustinus, and Beatrice, humbly praying that they may obtain for us at once forgiveness and salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **COMMUNION Matthew 25: 4, 6**<br>Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte calmor factus est: Ecce sponsus venit: exite óbviam Christo Dómino. | The five wise virgins took oil in their vessels with the lamps: and at midnight there was a cry made, Behold the bridegroom cometh: go ye forth to meet Christ our Lord. |
| **POSTCOMMUNION**<br>Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Thou hast filled Thy household, O Lord, with sacred gifts; ever comfort us, we beseech Thee, through her intercession whose festival we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| *(Commemoration of Sts. Felix, Simplicius, Faustinus, & Beatrice)* | |
| Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: ut sanctórum Martyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni et Beatrícis cæléstibus mýsteriis celebráta solémnitas, indulgéntiam nobis tuæ propitiatiónis acquírat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Grant, we beseech Thee, O almighty God, that the solemnity of Thy holy martyrs, Felix, Simplicius, Faustinus, and Beatrice, celebrated with the sacred mysteries, may acquire for us the grant of Thy forgiveness of our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |